

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ipocrisis ax  
cum fonte primo

Illud te ammoneo,  
ne eorum more qui non proficere sed conspici cupiunt,  
facias aliqua que in habitu tuo aut genere uite notabilia sunt.  
Asperum cultum et uiciosum caput et negligentiore[m] barbam  
et indictum argento odium et cubile humi positum  
et quicquid aliud laudem peruersa uia sequitur euita.

Seneca XIII. epistola.

Illud autem te admoneo,  
ne eorum more qui non proficere sed conspici cupiunt  
facias aliqua quae in habitu tuo aut genere vitae notabilia sint;  
asperum cultum et intonsum caput et negligentiore[m] barbam  
et indictum argento odium et cubile humi positum  
et quidquid aliud ambitionem perversa via sequitur evita.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 5.1-2  
(L. Reynolds ed., vol.1, p.8, ll.4-10).